Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/325361

11.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. ET LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS DANIELUS FRANCISCUS SCHAS,

HAGANUS.

A. D. IV M. JULII, A. MDCCCXLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM TYPOGR.

MDCCCXLVI.

THESES.

I.

Matrimonia contra legem Papiam inita, non sunt nulla.

II.

Actio Pauliana non est in rem.

III.

Bonae fidei contractus propter dolum ipso jure sunt nulli.

IV.

Recte in fine art. 20 Cod. Merc. addita sunt verba: »zonder dat hij immer tot terug-»gave van genotene winsten verpligt zij."

V.

Ea, quae art. 469 Cod. Merc. constituta sint, tunc quoque valent, si tota navis ad certam rerum quantitatem transvehendam conducta fuerit.

VI.

Commissionarius ad emendum merces suas proprias mittere potest.

VII.

Navigia non continent rates jure Mercatorio nostro.

VIII.

Commissionarius, qui secundum art. 72 Cod. Merc. nomine committentis merces vendidit, non prorsus procuratoris juris communis instar habendus est, verum etiam pretium accipere, adeo exigere potest.

IX.

Eleganter legislator noster art. 100 Cod. Merc. Francici non recepit.

X.

Non probandum esse, personas art. 1950. 4⁰ Cod. Civ. enumeratas, testes in testamento faciendo, admitti posse, defendimus.

XI.

Usufructuarius quamdiu inventarium non fecit, fructus petere nequit.

XII.

Quando uxori facta est donatio, absente vel consensum negante marito, et uxor ob unam alteramve caussam judicis auctoritatem invocaverit atque impetraverit, ast vero donator interim vita decesserit nihilominus donationem stare defendimus.

XIII.

Legislatorem nostrum art. 310 Cod. Civ. Bat. a dispositione art. 315 Cod. Nap. merito discessisse defendimus.

XIV.

Responsa ad petitiones consiliis judiciariis factas pro decretis habenda sunt.

XV.

Verba art. 2 Cod. Poen. »*suivie d'un commencement d'exécution*" legislator Francicus a° 1832 in definitione conatus recte servavit; — minus recte rejecit illa »*mani-*
»*festée par des actes extérieurs.*"

XVI.

Facultas art. 174 Cod. Quest. Crim. Procuratori Generali concessa, accusationem exponendi et explicandi minus probanda videtur.

XVII.

Ex lege Fundamentali cives non cogi possunt ad milites recipiendos.

XVIII.

Art. 222 Cod Poen. non intelligendus de injuriis scripto, sed *ore* editis.

XIX.

Notio delicti flagrantis art. 38 Cod. Quest. Crim. nimis extensá videtur.

XX.

Verbum *démence* in art. 64 Cod. Poen. non strictim est accipiendum.